Tertiū infertur, si uxori in consulto viro post matrimonium cōsummatum, vel ante vocationem in tēpus soluti matrimonij, atq; eo soluto iterum nubat, quo casu peccat lethaler costrahendo, & teneatur ante consummationē ingredi religione, posse virū id votū irritari, ita vt nunquā reuiuscatur : secus si emīlūm esset ante matrimonij consummationē, & tunc implendū. Quia in priori casu poterit vir irritare, nō autē in posteriori (vt dixim disp. 39. n. 19. & 38.) Atq; idēo idem poterit vir succedit in eius potestate. Imō posterior hic vir poterit irritari illud votū religione factū a tēpore prioris matrimonij, ita tēpus eius dissolutionis, licet nō sū præsens matrimonio cōsummatum. Quia irritat illud ut successor prioris viri in eius potestate, cū eius cōfessu pēdebat. In quā potestate plenē succedit (praterquam ad cogēdū vxorē ad reddendū), si velit priori bimatri trahere ad religionē, nondū cōsummatum matrimonio) quāuis matrimonii non consummari. Necad potestatē frītūtū vota desideratiū matrimonij consummatio (vt probau disp. 39. n. 20.)

Quarto infertur, feminā impubere valde nubēti (vt cū malitia suppet etatē) & post nuptias, ante matrimonij consummationē adhuc impubere vocationi religione, absq; præsentis viri licentia, posse virum perfecte id votū irritare, & si tunc nō irru-

taret, posse trāfāda ea etate, quando cūq; licet post consummatum matrimonio id ratificauerit iam pubes facta. Quia simile vorum ea etate emīlūm potest tutor, aut pater irritare, & licet transacta sit etas. Atque idēo idem poterit vir, qui eius vicibus fungitur. Ex quamvis transacta etate denū ratificatum, non posset pater, aut tutor irritare. At poterit vir, si tunc quādo ratificauit, erat consummatum matrimonium. Quia est ac vorum constante matrimonio factum (vt explicui, numer. 4. fine) fecus si pubes facta ratificauit id vorum religiosi tunc implendum, & non dum matrimonium est consummatum. Quia est votū religiosi denū emīlūm à feminā puberes ante matrimonij cōsummatiōnē, & eo tempore implendum. Quid num, præcedenti irritari à viro minimē posse diximus. Sed obijcies, feminā impuberem vocationē ante matrimonij cōsummatiōnē, religiosi ingressum, emittere votū exēdi à mariti potestate: atq; adē nō posse à viro irritari. Ea enim ratione nequā sit votū trāfāda ad strātiorē religione irritari (vt diximus disp. 39. n. 9.) sed respondetur, in etate illa tenera ante pubertatē, nullam concedi facultatem vocationē independentē à potestate patris, vel tutoris, ac proinde secut illi possent irritare, non obstanti hac ratione, ita & vir in eorū locum succedens.

Quinto infertur, feminā nubentē post votū calitatis, & religiosi, absq; licentia viri, vel alteri superioris, cui suberat, atq; qui poterat irritare, si nō irritauit, peccare lethaler matrimonio ita cōstrahēto, illudq; prima vice cōsummando, si sicut votū religiosi, semper exigendo debitis, si sicut votū castitatis. At si vir sequens irritet ante consummatum matrimonio, iuxta dicta, n. 7. non peccabit cōsummando, & quādo cūq; irritauit, nō peccabit amplius petendo: ne erit rea voti castitatis, formicando, vel eo matrimonio soluto, aliud inēdo. Quia votū per irritationē est omnino extincū.

Sextū infertur, quāuis dominus nō posse irritare vota serui, sibi nō prædicāta, vel emīla in tēpus libertatis (vt dixi disp. 39. numer. 17.) posse illum irritare omnia vota serui impuberis: & omnia realia serui puberis minoris viginiquinque annis, etiam in libertatis tempos emīla. Qui id posset curator, seu tutor, cuius loco est dominus. Quare vota illa nunquam reuiuscunt.

Vtīmd. infertur, & si superior Societas Iesu nō posset irritare vota religiosi emittentis vota biēni, aut coadiutorū formatorū in illa, vota (inquam) que in seculo, aut in nouiciatu emīta, sed suspendere solū pro tempore quo in ea permanefit (vt diximus disp. 39. n. 43.) posse tamē eam superiore illa perfecit irritare, ita vt non reuiuscant, si emīla sicut tempore quo ille erat sub potestate patris, aut tutoris, curatorem, qui illa vota poterat irritare, & non irritarunt: vel si illis carebat, emīla vota biēni intra etatem, in qua ille poterat irritare: sicut iam trāfāda sit etas illa. Sicut de marito succedente, respondeat uxoris, diximus. nu. 4. &c. Et sic ut ibi diximus, posse trāfāda ea etate votū ratificātū, irritari à viro : quia ratificatio est ac votū cōstante matrimonio factū. Ita dicendum est de superiori Societatis. Quia si subditus potest vota biēni, licet iam impletā etate, in qua nō potest votū irritari, illud ratificet, ea ratificatio est noua votū obligatio potest vota biēni imposta, vota vero tunc emīla posse perficere irritari, ita ut nunquā reuiuscā: diximus. d. disp. 39. n. 43. Et hoc ita se habent quando ea vota in seculo emīla sunt absq; licēt patris, vel tutoris. Quia id votum erat dependens à consensu corum, in quorum locum succedit & superiori Societatis, ut voluntatem illum dirigat, eiusq; defēctus supplet. Si vero facta sint vota de licentia patris, vel tutoris: dicendum est circa irritationem, vel suspensionem eorum, quod dicendum de votis vxoris ex simili licentia factis. n. 16. & duplicitate sequenti.

Ad argumentum. n. 2. propositū, fateor non esse tantā vocationē moralē potestatis, inter maritum posteriorem, & priorē, vel illum, & tutorem: ac inter duos religionis prælatos, vel patrem, & tutorem sibi succedentes: at verē potest dici eadem potestas moraliter, quia succedit in eorū vices ad gubernandam illam voluntatem, & eius actus. Quod sufficit in rē tā favorabilē imbecillitatē feminā.

Questio secunda. Vtrū quando cum licētia prioris viri, aut superioris vota sunt emīla, possit succedens vir, aut superior irritare, perinde ac facta sine licētia? Quidam omnino negat irritandi potestatē, atque ita dicunt irritationem fore nullā. Dicuntur, quia prior superior poterat irritare, eō quād dando licentiam, non abdicavit sē dominum materię, aut actus

liberi, quo ea obligatio imposta fuit: at superior succedens nunquam id dominium habuit. Quia ante tempus subiectionis illi, sunt Deo consecrata. Secūdū, quia idēo subditus nequit vōtere, quia caret proprio, at res illa facta est propria, concedenti priori superiori licentiam. Ergo manet votum ab alio irreuocabile.

Alij autem dicunt posse superiorē succedentem, licet ablsq; causa ea vota reuocare: Quanū superiori qui fecit copiam, poccaret mortaliter sine causa reuocādo. Quia cū par in parem non habet imperiū c. innovuit, de elect. licentia prioris superioris nequā posteriori praeditare, qui alia poterat ablsq; causa irritare.

Prima conclusio. Si Prælatus superior cōcessit licentiam ad vocationem, vt prouincialis religioso, prælatus inferior, vt localis, caret potestate irritandi illud votum. Quia inferior nequit gestā superiori reuocare. Sic Ricar. 4. d. 3. 8. ar. 4. q. 3. Angl. florib. 2. p. q. de voto, ar. 7. dīscul. 6. Mānuel. 2. tomo summae. c. 89. concil. 6. n. 7.

Seconda conclusio. Potest & qualis superior succedens suspendere ad libitum vota subditū facta de priori superioris consensu, vt vir subsequens vota facta de priori viri consensu. Probatur, quia potest occupare subditū illum in omni tempore, & hoc est, quod docent. D. Aug. lib. 4. super Num. quest. 59. & referunt. c. in soluit. 33. q. 5. & ibi Hugo, Archid. num. vnico, Bellarmena num. 1. posse maritum irritare vota ante matrimonio facta à puella de parentum consensu: & id absque peccato. Ea enim non est irritatio, sed suspensio, & ita cessante viri potestate ea vota reuiuscā: ut vro probau disp. 39. n. 39.

Tertia conclusio. Vota facta de licentia superiori, potest & quāuis succedens irritare, ita vt non reuiuscant. Ut si mulier de licentia prioris mariti, vel patris, sub cuius potestate erat constituta, votum emīta, quod ipsi validē irritare poterant, iuxta dicta tota disput. præcedenti, potest vir præfens validē irritare, ita vt non reuiuscāt. Quia succedit in eandem potestatem prioris superioris, à cuius voluntate votū illum pendebat, obligabatque dum ille non irritaret.

Hinc infertur, valete irritationem, si absque causa iusta fiat: at peccate mortaliter irritant. Si autem causa iusta ad sit, immunit esse culpā. Probatur, quācum succedit in eandem prioris pot-

statem, potest irritare eo p^{ro}p^{ri}o, quo prior poterat. At prior licet irritat cum causa: & absque illa validē, sed peccat lethali. ter (vt diximus disputat, p^{re}cidenti, numer. 7.) ergo idem dicendum est de posteriori. Præterea probatur peccare mortaliter irritantem absque causa. Quia illam obligationem permitti subditum implectionem voti contraxit prior superior, non ut persona priuata, sed ut superior: ergo illa deriuatur ad eius successorem: sicut deriuarentur omnes alia obligationes, quas ille rationabiliter in quantum superior cōtraxisse, & confirmatur, quia in tantū potest successor irritare, in quantum votum illud p^{re}cēbat à voluntate prioris superioris, cuius ille succedit. At ab illa voluntate non pendebat absolute, vt licet fieret, sed interuenienti causa iusta. Ergo superior posterior indiget etiam iusta causa, ut licet irriter.

Quarta conclusio. Si superior minor, vt localis, concessit licentiam ad votum, potest superior illo maior, ad libitum, & absque causa, licet irritare. Quia habet potestatem in voluntatem subditi, & etiam superioris concedens licentiam. Item, quia non irritat, quatenus illud votum p^{re}cēbat à consensu illius prælator inferioris, sed quatenus à suo p^{re}cēbat, qui liberè irritare poterat: nec voluntas, & cōsensu prælator inferioris potest ipsū ligare, aut impedit, ne liberè irritet. Et sic videtur sentire Angeli, & Manuel, quos n. 15. retuli, dicentes: absolutè posse hunc superiorem irritare. tenetur stare.

Vlta conclusio. Votū castitatis, & religionis, quæ mutuo cōfensu tēpore prioris matrimonij facta, nō poterat prior vir irritare: in xta dicta disputat, p^{re}cidenti, numer. 21. non poterit posterior hic vir irritare: sed manebunt cum eadem obligatione, quā haberent non initio posteriori matrimonio: præterquā, inquantū p^{re}sens matrimonium non cōpatur executionem, vt si sit votū castitatis, obligabit durante matrimonio ad non petendum, & ad cetera, ad qua obligaret ante matrimonium cōmissum. Si autem sit religionis, diximus qualiter obliget, disput. 37. nu. 5. Cetera autem vota quā mutuo consensu facta poterat prior vir irritare facere cum iusta causa, & absque illa, validē, sed cum peccato: (vt diximus disp. p^{re}cidenti, nu. 21.) poterit similiter vir posterior eodem modo irritare: tanquam successor in eius vices, & potestare.

Ad argumenta. n. 13. proposita respōdetur. Ad primū dic, moraliter habere idem dominū, quod prior habebat, in quantum succedit in eandē moraliter potestatē. Ad secundū dic non fieri rē illam propriā absolute, sed dependenter à voluntate illius superioris, & illius qui in eandem potestatem successerit. Ad argumentum, numer. 14. propositum, dic quanuis par in parente non habeat imperium, at potuisse successori p^{re}dicare, in quantum legiūmē superior obligationem aliquam contraxit, cui succedens in eandem potestatem tenetur stare.

DISPVT. QVADRAGESIMASECVNDA.

An possit vxor irritare aliqua viri vota, p^{raesertim} castitatis, absque sua licentia, vel cum illa, mutuo ve consensu facta: ante, vel post matrimonium, aut in tempus soluti matrimonij: vel sequens vxor vota facta tempore prioris matrimonij: votaque sic irritata minimē reuiuiscant?

SVM MARIVM.

AN possit vxor irritare aliqua viri vota absque sua licentia facta? Refertur quadā opinio. n. 1. Potest sola sibi p^{re}iudicantia irritare, numer. 2. Est vera irritatio: nec ea vota reuiuiscent, numer. 3.

An viro integrum sit absque vxoris licentia, aliquas abstinentias, vigilias, peregrinatio nem vovere, specialiter in subsidium Hyrcanum, ita vt vxor irritare negeant remissum, numer. 4. & ibi, de mutatione habitas.

An cām abstinentia à viro promissa sunt minime, possit vxor integrē renegare, vel so-

lūn quād excessum sibi p^{re}iudicantem? nu. mer. 5.

An possit vxor irritare vota viri in p^{re}iudicium familiæ, & t^eri familiaris facta? nu. 6.

Quid de voti non petendi debitum, factō à p^{re}to sine vxoris licentia? nu. 7.

An ratione sī periculi, possit vxor que incidit in fornicationem temporalē, aut sp̄iculalem, id non petendi debitum irritare? num. 10. 8.

An vota sibi p^{re}iudicantia possit vxor adultera, vel factō diuorii, vel tempore diuorti emissa irritare? remissum, nu. 9.

Quid de votis factis ab alterno cōage absq; alterius licentia, tempore quo cōmuni placito vterq; castitate, aut religionē voverat: aut alter castitate, alter vero religionē, aut ordinis sacri uice p^{re}ceptione voverat? nu. 10.

An possit vxor irritare vota facta à viro in tempus soluti matrimonij? nu. 11.

An possit vxor ante consummatum matrimonium, irritare vota tunc à viro facta? nu. 12.

Quid de votis factis à viro, de vxoris licentia? nu. 13.

Quid de voto integrē castitatis seruanda, factō à viro, consentiente vxore? nu. 14.

An possit vxor irritare vota castitatis, aut alicia mutuo consensu facta etiam sifterum veterq; ius in corpus sibi concedat? nu. 15.

An vxor subsequens possit irritare vota tempore prioris matrimonij absq; licentia vxoris facta? nu. 16.

Quid de factis cum licentia prioris vxoris? numer. 17.

Quid de factis ante matrimonium? nu. 18.

Soluntur argumenta. n. 9.

I N hac quāstionē existimant quidā, nulla viri vota posse ab uxore irritari, quātus absq; eius licentia sint facta. Dicuntur, quia vxor non habet dominū voluntaris viro, inō ipsi tanquam capiti subest. Nec etiam materia p^{ro}misi^{ta}; quoniam hoc maxime verum habetur quoad actus matrimonij, quoad illos autem, coniuges sumi pares capi gaudemus, de diuortijs. Huius sententia videtur Sotus lib. 7. dē iust. quāst. 3. art. 1. versic. an verō extra hanc materiam. Et tenetur Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. artic. 4. dubio. 2. conclus. 2. & quidam alij Neoreici docti.

2. Prima conclusio. Quanuis vxori non sit permisum omnia viri vota irritare: cōd quod non est caput viro, sed ipsius imperio subestrat potest omnia, & sola viri vota absq; sua licentia facta, irritare, quā ip^{si} p^{re}iudicant quoad moderatam debiti redditionem, aut mutuam cohabitationē. Quoniam vxor habet dominū, & potestatē corporis viro, per contrātū matrimonij acquisita, quoad debitum sibi reddendū moderatē, & cohabitandum. ad Corinth. 7. ergo vota huic dominio p^{re}iudicantia irritare poterit. Et confirmatur, nā habens dominū irritandi votū nō redendi debitum, & non coabitandi: habebit subinde potestatē irritandi votū hoc impedientia. Secundū. Nā quamvis quoad actus matrimonij sint cōiuges æquales, ex ratione, quād æquè neuter alfringitur ad petendum, & vterq; tenetur petenti reddere. At sibi ipsiis fuit subdicti, in quantum neuter habet sui corporis potestatē, & domoniū, sed per matrimonij transitū in alterum. Ergo ratione huius dominij, & superioritatis, poterit vxor ea vota irritare, quā illi potestati sc̄iunt. Huius sententia videntur Glossa, c. manifestū, vers. nū. author. 33. q. 5. & ibi Hugo, & Archi. n. vnic. Bellemera. n. 1. Holiensis sum. tit. de voto. 5. quis vovere possit. n. 8. vers. vxor etiam, & c. scriptura, de voto, ad fin. vbi Innoc. ad finem. Ioan. Andr. nu. 4. Anton. n. 3. Abbas. n. 8. Anchār. n. 13. Cardin. q. 14. Abulensis. c. 30. Num. q. 83. & cap. 6. March. quāst. 149. D. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 22. §. 1. Majoris. 4. d. 3. 8. q. 4. dubio. 2. quod incipit, qui polsint vovere, versic. quarta personæ. Supplementum Gabrie. 4. d. 32. q. vnic. art. 1. notabili. 3. & art. 2. conclus. 7. Rofella votum. 2. num. 9. Ang. votum. 2. num. 8. Sylu. votum. 5. q. 1. Lex 8. tit. 8. p. 1. Gregor. Lopez. l. 3. verb. el mārido, eodem tit. & p. Margarita confessorum vbi de voti irritationē, fol. 135. Man. 2. tomo summa. c. 90. num. 3. vbi dicunt non posse virum absq; vxoris consensu, vota emittere debito coniugali p^{re}iudicātia: sicut nec vxorem absque viri licentia: Imō Ioan. Andr. Anchār. D. Anton. ibidē, dicunt posse vxorem id votū viri retrouare. Atq; expelle tenent hanc sententiam, Nau. sum. c. 12. latine. n. 64. hispan. nu. 65. Stun. de voto. q. 3. n. 60. Toledo. lib. 4. sum. c. 18. Arag. 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1020. Graff. 1. p. decisi. lib. 2. c. 29. n. 8. Philiar. de cōfisc. sacerdotis. 10m. 1. p. 2. lib. 3. c. 18. q. 11. pec. cat. Ludo. Lop. 1. p. instruct. c. 47. q. 5. vitim. Cahed. sum. de sacramētis, tract. de matri. cap. 8. n. 74. & supponit Valētia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto. 6. quāst. vltim. de

votis subditorum. Pro eadem sententia sunt Abbas, Cai. Ang. Syl. Sotus, qui (vt aduersi disput. 39. n. 36.) dicunt professo nem, quā vir absq; vxoris cōfēnsū emisit, de qua sit mentio. c. quidam, de conuersi coniug. non obligasse ad religionem solu to matrimonio. Quia vxore reuocauit.

3 Secunda conclusio. Vota ea vii irritata ab vxore non reuiuscunt: sed manet per fe & irritata, & extinta. Probatur ex Ab bate, Cai. Ang. Syl. Soto, qui (vt numer. praecedenti, fine, dixi) dicunt votū reli gionis viri reuocatum ab vxore non re uiuiscere, atq; ita non teneri virum ea de ffecta ad illud. Insuper probatur ex dictis disp. 39. n. 34. vbi cōtrafatos ostendimus, sufficere ad veram iritatem votorum, ita ut amplius minime reuiuscant, per fe ctum, & absolutum dominio in materia pro missam. Tale habet vxor circa ea, quæ debito coniugali, & cohabitationi prae dicant, & tenet exp̄l Nau. sum. c. 12. n. 66. vbi aut non reuiuscere vota, quæ irita runt mariti, vel vxores.

4 Ex dictis infertur, non posse virū absque vxoris consensu eas preces, absentias, vigilias ve promittere, qua ita debilitates vires, vt inceptus sit reddendo moderatē debito: quāvis vōtū posset aliquas mo deratas minime illud impidentes, vt probauit lib. hoc. disp. 3. n. 7. & quid, de pere grinatione etiam in subditi terr. Sancte dixi disp. 4. n. 15. & 16. & num licet alteri coniugi habitum mutare altero reniten tia ex dictis. n. 9.

5 Non poterit autē vxor, vbi ieiunia pro missa, vigilias, aut preces, debitam mensu ram excedit, reuocare in totū: sed exces sum illud. Quia solum potest reuocare vota in quantum debito coniugali prae dicant, at solus ille excessus promissus, est huiusmodi: atq; obligatio illa non est indi uidua, sed commodam patitur diuisione. In quo easu dispens. 35. n. 4. dixi non primiti per modum vnius. Et cōfirmatur. Quia si ieiunium quadragesima obſtit debito coniugali moderatē reddendo, excusabitur vir, non in vñuerum, sed quatenus il li obligacioni obſtit. Insuper confirmatur ex ijs, quæ. n. 14. trademus.

6 Secundā infertur, vota in praejudicium familiæ, & rei familiaris, à viro emissa, vt ergo magnas elemosynas, non pos se ab vxore irritari. Quia tota familia, & bonorum administratio est pēnes virū, in dependet ab vxore. Nam etiam ipsa re

clamante tenebit factum, licet male faciat. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. verf. an verd extra hac materiam. Quod si votum illud in vitium prodigalitatis, aut iniustitiae tenderet, non haberet vim obligandi, & ita non indigeret relaxatione. Atq; ita cum Soto ibi, tenet Angles floribus. 2. p. q. de voto, art. 7. post. 9. difficultatem, dubio. 3. conclusione. 2.

Tertiā infertur, quid dicendum sit de voto non petendi debitum, factō à viro abfq; vxoris licetia. Illud enim irritari pos se ab uxore, affirman aliqui. Eò quid si in vxoris praejudicium, quæ contra natura liter insitum fecimis pudorem, cogetur semper petere. Sic docent Enriques lib. 11. de matrim. c. 15. n. 8. ad finem. Manuel. 2. tomo summae. c. 90. nu. 3. Philiareus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. & excipit in conclusione. Vega. 2. tomo sum. c. 129. cau. 93. & dici est probabilis simum, Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1021. Et videtur teneri Nau. summa. c. 12. n. 60. cum hoc temperamento, nisi sit votū non petendi in fauorem sui, sed tantum quando mos est gerendus alteri coniugi. Et videtur tenere alij indistincte dicentes posse alterum coniugem id votum cassare. Hi sunt Gutierrez, q. canon. lib. 2. cap. 22. nu. 49. Manuel. 1. tomo summae. 2. editione. c. 2. 43. n. 8. Ludovicus Lopez. 1. p. instru. cap. 46. s. votum coniugis. Ceterum dicē dum est, non posse irritari ab uxore hoc votum. Quia hoc votum non est contra fidem matrimonij, quæ solum astringit virum ad reddēdum, nec vxor dominii aliquod, aut potestatem habet in virum, vt compel lat ipsum ad petendum debitu, sed quod si sunt pares, & ambo sui iuri, & ex altera parte, vir non est subdit mulieri quoad fuos actus, vt videat, expediat necne illos implere. Sic tenent Palacios. 4. d. 38. disp. 2. fol. 717. column. 1. initio. Angles floribus. 2. p. q. de voto, art. 7. post. 9. difficultatem, dubio. 2. Stut. q. 3. de voto. n. 60. Antonius Gomez super bullam cruciatam, clausula. 10. nu. 67. & à fortiori, id tenent Doctores omnes, qui virum posse irritare id votum vxoris negant: quos retuli dispens. 39. num. 10. Nec obſtit grauamen vxoris, qua cogetur semper debitum petere. Quia vir emiso eo voto tenet se a liquiōtis offere ad vñsum cōiugalem: nec verē irrogat iniuriam, vtens iure suo non petendi.

Hoc temperat satis obſcurē, Nau. sum-

8

Disputatio Quadragesimasecunda.

1311

ma. c. 12. latin. n. 64. hispan. n. 65. dicēs tunc posse coniugem votum alterius non petendi debitu irritare, quando incidit in notoriā fornicationē carnalē, vel spiritualem, & probat ex. c. Agathofa. 2. 7. q. 2. & refert Abbatem. c. fin. de conuersi. cōiug. & ita Nauarū intelligit Valētia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto. 6. q. vltim. de votis subditorum. §. existit autē, nec illum improbat, sed dicit id non clare colligi ex d. Agathofa. Eodem modo intelligit illum Ludou. Lop. 1. p. instru. cap. 47. 4. vltimo, & dicit posse tunc alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed cap. Agathofa nil conferat id probandum. Et falſo allegatur Abbas. Nec video cui fundamento hæc limitatio innitatur. Quoniam periculum alterius coniugis est quidem sufficiēs causa petenda dispensationis: at non confert dominium in alterius voluntatem, vel materiali, quod exiguit ab irritandi potestate. Ergo si excluso eo periculo non poterat coniux irritari, idem erit dicendum eostante. Deinde, quia parum conferat ad periculum, fornicationē effe notoriā, aut occultam: & fornicatio ni spirituā non consuletur irritato voto non petendi, & ideō ad limitatio nē est rejicienda.

9 Vrūm autem vxor adultera, siue integrō matrimonio, siue separato per diuor cium, posfit irritare ea vota innocentis, quæ poterat ante adulterium, aut ante diuor cium? Dixi disp. 37. numero. 7. & 8. & quid, de votis tempore diuorci à vi ro factis! Dixi eadem disp. 39. n. 41.

10 Quartā infertur, Quid dicendum sit de votis factis à coniugibus, postquam mi tuo consensu voverunt continentia. Cum enim per tale votum non absoluatur à co habitatione, & alij obsequijs, sed à solo debito coniugali persoñēdo (vt diximus disp. 37. n. 14.) & ideō viro adhuc incum bat vxoris gubernatio, poterit quidē omnia vxoris vota irritare, præter votum illud casitatis: vxor autem solum votū longe peregrinationis, & alia huiusmodi, quæ cohabitationi aduersantur, irritare posset: non autem quæ debito coniugali persoñēdo. Quia ad solam cohabitationem ius habet. Et ea est vera, & perfecta irritatio: atq; ideō vota sic irritata non reuiuscunt. Iuxta ea quæ. n. 3. diximus. Si autē mutuo consensu iterū concedant sibi coniuges ius in corpus, dicemus. n. 15. Si autē votū cōmuni cōfēnsū religionis: aut alterius

cōiugis, ingrediendi religionē, ordinisve faci suū cōfēndi, aliterius verō, casitatis, ca su quo efficietur hæc vota obligat (de qua re egimus tota disp. 37.) cū adduc vir gubernationē vxoris retineat, donec matrimonii separati, poterit omnia illus vota irritare, præter illud religionis, aut castitatis. Sieu disp. 39. nu. 20. diximus posse vi rū irritare vota ab uxore emissa ante mar moni consummatū, animo ingrediēdi re ligionē, & in illa explēda, præter religionis votū. At verō vxor nō poterit irritare ali quod votū viri, nisi quod impedit debiti cōiugale, aut cohabitationē, dū non se paratur matrimonium, implenda ea vota. Quia interim ius habet ad hæc, quando potest matrimonium consummatū sunt facta vota illa matrua religionis. Juxta dicta disp. 37. n. 5. & hæc quidē, quādo alia vota sunt facta abfq; alterius coniugis licetia. Nam quando cum licentia sunt facta, dicemus disp. hæc. n. 13. & sequentibus.

11 Quintā infertur, vota facta à viro in templo soluti matrimonij, minime posse ab uxore irritari. Quia ipsi minime prædicant.

12 Sextā infertur, vota facta à viro abque vxoris licetia ante consummatū matrimonij, si animo trāfēndi ad religionē fiant, nequāquā posse irritari ab uxore. Quia ipsi minimē prædicant. At si nō eo animo, vel eo animo votis factis, cōsummatē matrimonij, posset verē, & perfectē irritare sibi præiudicatiā. Qui matrimonio initio ante cōsummationē, acquirit ius in corpus viri, atq; dominū, cui aliter prædicare nequit, nisi per ingressum religionis.

13 Septimā infertur, validē posse irritare vxor vota sibi prædicantia, emissa à viro de ipsius vxoris licetia. Quia ea licetia cōcessit adhuc manet domina materij illius promissā, vt probauimus disp. 40. n. 4. Sie docēt Inno. c. scripture, de voto, ad fin. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. & Sot. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. vers. id autē, videtur id tenere, quæ sequitur Bart. à Ledes. de matri. dubio. 20. concil., vterq; enim ait indistincte, coniugē dantem licentia youendi posse reuocare. Addunt Inno. & D. Anton. peccare reuocantem. Sed dicendū est (ac diximus de viro, disp. 40. n. 4. & sequen. nimis), peccare mortaliter vxorem abfq; causa irritati, virū autem à culpa excufari: exilente autē iusta causa, nullam esse culpā: & votum si irritatum minime reuiuscere, ratione dicta. n. 1. Quia vota ea irritantur ratione perfecti dominij in materiam.

Oooo 4

Octa-

Ocaud infertur, si vir de licentia vxoris fecerit votū omnimodē castitatis, abstine-
di, nēpe, à petitione, & redditione, & ser-
uādī omnīdē castitatis, posse vxorē ex iu-
sta causa līcētē irritare quoad redditionē,
& absq; iusta causa, valide, sed cū peccato.
Quia adhuc domina manet corporis viri,
atq; ita materiæ promissæ: non posse autē
quoad reliquos effēctus. Vnde vir cui sic
irritari est vorum, tenebitur nō petere, &
soluto eo matrimonio, ab alio inēduo ab-
stinenre, & si fornictetur, erit reus sacrilegij
contra votū castitatis. Quia cū tantū ha-
beat dominū corporis viri quoad obliga-
tionē, quā habet vir reddendi, quod licen-
tia vouenda concessi, minime amīst, non
autē quoad cæteros castitatis actus, ad
quos votū obligat, nō poterit irritare ni-
fi quoad illū solum actu. Nec illi actus ca-
stitatis, promissa castitate, voulēr per mo-
dum unius. Cū commode diuidi possint.
Quod constat ex c. quidam, &c. placet,
de conuersio. coniugat. vbi deciditur con-
iugem, qui in scio altero coniuge voulēr
lemmiter castitatem in religione, valide vo-
uisse quoad non petendum, & abstinenti
ab alio matrimonio, quod erat in sua pote-
state: non autē quoad non reddendum, &
Doctores, quos. n. 2. fin. retuli, dicentes
vxorē irritasse illud votū viri, admittunt ir-
ritationē quoad partē obligations illius
voti. Insuper probatur, nā qui voto castita-
tis facta transit ad nuptias, tenetur redde-
re, at nec potest petere, nec aliud matrimo-
nium eo soluto inire, etià fornicetur,
reus erit sacrilegij (vt probatumus disp. 33
n. 5. & 11.) ergo ea obligatio est diuisibilis.
Nonō infertur, si cōiuges qui mutuo cō-
fensus voulēr castitatem, iterū sibi ius in
corpus concedat, & renunciationem iuris
remittat (quo cufi diximus disp. 40. n. 22.)
posse virū irritare votū illud castitatis v-
xoris) minime posse vxorem votum illud
viri irritare. Quia quoad reddendum, in
quo vix est domina, nō indiget irritatio-
ne. Cum statim teneantur coniuges sibi
reddere (vt dixi disp. 37. n. 15.) Qoad al-
lios autem actus ad quos votum illud obli-
gat, nequit vir irritare. Ut probauit, num
precedenti. At cætera vota communī con-
fensus facta, que alijs posset vxori irritare
facta sine licentia, ed quod sibi preiudi-
ciant, de quibus respectu potestatis viri ad
irritandum, diximus disp. 40. n. 22. & do-
cūimus posse virū irritare, præter illa, que
sunt mutandi statutū: dicendum est posse

vxorem in viro irritare, non quidem om-
nia, sicut potest vir: sed sola quæ sibi pra-
iudicant. Quia illa licentia concessa adhuc
vxor manet domina materiæ, nec ibi sicut
aliqua renunciatio iuri irritandi: & licet
durante illo mutuo castitatis votō nequi-
ret irritare ea vota, que debito coniugali
persolendo aduersabani. Eò quod ius
illud renunciarai. Iā tamen illud per mu-
tuū illam remissionem eli recuperatum.
Quid autē, si medio illo tempore quo votū
castitatis mutuo consensu factū obli-
gabat, vir promiserat magnas abstinentias,
que debito coniugali persoluedo obstat:
quæ vota. n. 10. diximus non posse irritari
ab vxore: an instaurato matrimonio facta
illa noua corporū traditione, possit vxor
irritare? Credo minime posse perfecē irri-
tare. Quonia cū vir esset sui iuri quoad
debitum reddendum, poterat independē-
ter vota illi obstantia emittere: atq; ita v-
xor ex cufi cōfensu minime pendebat,
non poterit irritare: sed reputabuntur tan-
quam facta ante matrimonium, quæ suspe-
di posse ab vxore, dicemus. n. 18. At vir ea
omnia facta ab vxore poterit irritare, non
ratione dominij in materiam, sed ratione
gubernatio. voluntatis, etiam si non in-
stauratur matrimonium: nec illa noua tra-
ditio fiat, vt diximus. n. 10.

Decimō infertur, posse vxorem subse-
quentem, vota à marito facta tēpore prioris
matrimonij, priori vxori præjudicant
quoad debitum, & cohabitatione, per-
fēctē irritare, ita vt nunquam reuiuiscant,
si facta sint fini prioris vxoris licentia. Quia
ea pendebant à voluntate prioris vxoris
tangam domina illius materiæ, in cuius
locum, & potestatem succedit posterior
vxor. Sicut de viro successe repre-
vniuersorum votorum dixi disp. præceden-
ti. n. 3.

Imō id poterit, quāuis de licentia prioris
vxoris, aut mutuo consensu facta sint,
omnia enim illa, que non obstante eo con-
fensus poterat prior vxori irritare: iuxta di-
cta, n. 12. & 14. poterit subfsequens vxor,
vt pote quæ in eandem potestatem succed-
dit irritare: si adit iusta causa, līcētē, illa
deficiēt, illīcētē, sed validē, vt de viro suc-
cessore respetu omnium votorum, dixi
disp. præcedenti. n. 17. 18. & 20. & pote-
rit ad libitum suspendere, vt ibi dixi de vi-
to. n. 16.

Vltimō infertur, vota ante matrimonium
facta, non posse vxorem perfecē irritare,

ita vt soluto matrimonio non reuiuiscat:
at posse su. pendere illorum executionē, si
damnum sibi inferant, & proinde tunc nō
obligabunt, donec soluantur matrimoniu.ū.
Sicut de viro respectu omnium votorum
vxoris, diximus disp. 39. n. 23. & 39. & (vt
ibi diximus, vxore cōcedente postea licen-
tiā, tenebatur vir ad vota, vt pote quæ nō
extinguita, sed suspensa duntaxat erant. Cū
enim vxor non habeat perfecūm, & abso-
lutum dominum illius materiæ, erat enim

ante subiectiōnem Deo consecrata, sed se-
cundūm quid, inde est, vt nequeat perfec-
tē irritare, sed solū suspendere. Iuxta do-
ctrinam quā tradidimus. d. disp. 39. n. 34.
Atq; huius sententia videntur Anton. c.
scriptiū, de voto. n. 3. & ibi Abbas. n. 8.
Anchar. n. 14. Rosella votum. 2. n. 10. v.
bi aiunt neutrūm coniugem teneri vota
exequi alio contradicente.
Ad argumentum. n. 1. propositum, con-
stat ex dictis. n. 2. in secunda ratione.

DISPVT. QUADRAGESIMATERIA.

Vtrūm censeatur vir irritare vota vxoris, vel vxor viri, & generaliter
superior inferioris, cū conscius voti, dicit se nolle vt subditus id,
quod voulēr, faciat vel præcipit oppositum. Vt si vxor de licentia vi-
ri fecerat votum non petendi, nec reddendi, & vir petat debitum?
Et quando superior ignorat votum, sit ei detegendum?

SUMMARIUM.

Propositiū ratiō dubitandi. n. 1.
Non est irritatio voti, vt superior illius ig-
narus, prohibet executionem, aut licentiam
petitum ad exequendū denegat: & ita ad-
huc votum ligabit, n. 2.

An poterit petere licentiam ad implendum
rem promissum tacito voto, vt pro tunc ex-
egetur subditus ab impletione? Ref. etur o-
pinio. n. 3.

Subditus voulēs rem, quā implere nequit ab/
que licentia, tenebat petere licentiam ad im-
pletum. n. 4.

Quid, si materia tempore voti erat permisa, &
post prohibetur? n. 5.

Quid, si subditus ignorabat rem esse vetitam,
vel desiderari licentiam ad implendum il-
lad votum? n. 6.

Non tenetur subditus voulēs rem, quam ab/
superioris licentia exequi nequit, explicata
votum superiori, vt pro tunc exequatur,
n. 7.

At si superior voti ignarus denegat licentiam
ad tempus, vel in perpetuum, tenetur sub-
ditus iterum illam potere: vel maneat liber
a voti obligatione? n. 8.

Quando votum est in temporis honorem, an si
superior in scio voti prohibet eo tempore
materiam, si subditus omnino liber, ita vt
superior iterum concedenti licentiam, non
tenetur ad votum nec tenetur illud ma-
nifestare superiori? n. 9.

Quando censeatur voti irritatio, superiorem
consciūm voti prohibere materiam, vel non
concedere licentiam ad exequendum, vel op-
positum præcipere? n. 10.
Soluuntur argumenta, n. 11.

V Idetur non esse irritationē, quā
do superior voti confessus contradi-
cit, dicens se nolle, vt subditus
impleat. Quia Num. 30. post scie-
tiam, & contradictionem, ponitur irrita-
tio, ibi. Sin autem audiens vir statim contra-
dixerit, & irritas fecerit pollicitationes. Nō
ergo sunt idem, scire superiorē, contradic-
tere, & irritare. Secundo, quia haec verba,
Noloy facias, à superiore prolatā, sunt
ambigua, possuntq; commode, & propriè
acci, vel de voti suspensione, vel de eius
dem irritationē. Ergo dum amplius non
constat de superioris mente, accipienda
sunt, vt solū suspendant. Cū enim vo-
tum sit in obligandi possessione, ea priu-
dū nō est in dubio. Et confirmatur, quia
superior & quæ finem intentum, nempe, ne
subditus exequatur, coparat, huc irritet,
sive suspendat.

Prima cōclusio. Non est irritatio voti,
vbi superior illius ignarus prohibet mate-
riā promissam, aut petitā licentiam ad ex-
equendū denegat. Cōstat, quia irritare vo-
ti est actus iurisdictiōnis, & consequēter
Inō efficitur vbi non est volitus, quod con-